



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Illegitimè nato nec primâ Tonsurâ, nec vlllo Ordine initiadi sunt, nisi
præhabita superdefectu natalium dispensatione, n. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

Illegitimi nec prima tonsura, nec vlllo ordine initiandi, absque dispensatione.

III. Qui non est de legitimo matrimonio natus, tum propter Clericalem dignitatem, & paterni criminis detestationem; tum etiam quia talis metuitur futurus incontinentiæ paternæ imitator, à susceptione primæ tonsuræ pariter & Ordinum reijcitur, nisi à bonâ indole, vitæque & morum probitate ac pietate ita commendetur, vt non paterni criminis sectator, sed vitâ & exemplo suo pietatis & cultus Dei apud alios speretur Zelator; quo casu ad primam tonsuram, minores ordines atque simplex beneficium Ecclesiasticum, per Archiepiscopalem Nostram dispensationem; ad sacros verò Ordines & alia beneficia Ecclesiastica non nisi per dispensationem Sedis Apostolicæ poterit promoueri, quare is dispensationem eiusmodi super defectu natalium in scriptis habeat, priusquam ad Clericalem tonsuram se præsentet, alioquin ab illa repellendus.

c. inter dilectos de excess. Prælat. c. proposuisti dist. 82. c. si gens Anglorum dist. 56. a. c. 1. de filijs Presb. in 6.

Ordi-